

- » ser David Contareno,
- » ser Leo Duodo — consiliarii.
- » ser Jacobus Memo cap. de LX — loco consiliarii.
- » ser Jacobus Lauredano,
- » ser Jeronimus Donato,
- » ser Jeronimus Barbadico — capita.

» Intellexit hoc excell. Consilium quid responderit illustriss.
 » princeps noster ad ea, que heri et hodie cum deliberatione ipsius
 » Consilii per dominos consiliarios et capita sibi explicata fuerunt,
 » tam in exhortando et rogando eum, ut pro necessario et eviden-
 » tissimo commodo status et regiminis nostri renunciare vellet,
 » quod etiam ut diffinitive dicere vellet intentionem suam etc. Et
 » sicut clare et aperte cognoscitur, sua sublimitas, que nihil deffi-
 » nitive voluit respondere, querit ducere rem istam in tempus et
 » persistere in ducatu cum tanto detrimento et prejuditio status
 » nostri, quanto omnes intelligunt, quum ex absentia et inhabilitate
 » persone sue negocia status et regiminis nostri quotidie de malo
 » in pejus videntur procedere: nisique provideatur certissimum
 » teneri potest quod in successu temporis multo majora et graviora
 » inconvenientia et pericula expectaturi sumus: que si veri cives
 » patrie sumus, totis nostris sensibus, totis viribus evitare debe-
 » mus. Propterea

» Vadit pars, quod auctoritate istius Consilii cum additione
 » captum sit, quod domini Consiliarii et capita hujus Consilii in
 » crastinum de mane se conferre debeant ad illustriss. principem,
 » dicendo sibi, quod jam per duas vices Consilium istud misit eos
 » ad ejus praesentiam persuadendo et rogando, ut pro necessario
 » bono et evidentissimo commodo status nostri sponte et libere
 » renunciare vellet. Quam rem sua sublimitas facere recusavit,
 » preter id quod Consilium ipsum sibi firmiter persuadebat, quia
 » sicut sua excellentia optime intelligit, penitus necessarium est
 » pro evitandis casibus et periculis que contingere possent, ut